De vita Alexandri ⁊ eius ſtatura.

f Uit aũt alexãder ſtature mediocris. ceruicis longe. oculorũ illuſtriũ ⁊ genarum ad gratiam erubeſcentium. Reliqua vero membra non ſine quadam erant venuſtate decora Fuerunt autem anni vite alexãdri triginta duo ⁊ mẽſes ſeptem. ab octauodecimo anno natiuitatis ſue incepit cõmittere bellum. Et in duodecimo acriter pugnauit. In ſeptem ſiquidem annis ſubiugauit ſibi omnes barbaros. Nat⁹. viij. kalendas Januarij. Obijt vero quarto kalen. aprilis. Fabricauit autẽ alexander ciuitates duodecim. que omẽs fuerunt hactenus habitate ⁊c.

Nomina ciuitatum quas conſtruxit alexander.

p Rima alexandria que dicitur ypuſiuitaſ Secunda alexã. yepiperiũ. Tertia alex. dicitur Sithia. Quarta alexã. dicitur ercuſtria. Quinta alex. dicitur ymiteon. Sexta alexã. dicitur Bucifalon ſub fluuio Silonis. Septima alexã. dicitur ſub fluuio tigris. Octaua alex. dicitur babylon. Nona alexan. dicitur apud troadam. Decima alex. dicit̃ Maſſagetas. Undecima alexan. dicitur yprexiaton. Duodecima alex. dicitur Egyptus.

De ſepultura Alexandri.

l Egimus alexandri ſepulturam eſſe auream. ad quam plurimi philoſophi conuenerunt. Quorum vnus ait. Alexander ex auro fecit theſaurum. alius. Heri totus mund⁹ nõ ſufficiebat ei. hodie quattuor ſole vlne ſufficiunt. Alius. Heri populo imperauit. hodie populus illi. ali⁹. Heri multos potuit de morte liberare. hodie nec eius anima potuit. alius. Heri ducebat exercitum de ciuitate. hodie ab illis ducitur ſepulture. Alius. Heri terrã premebat. hodie eadem terra premit ipſum. Alius. Heri eum gentes timebant. hodie eum vilem deputant. Ali⁹. Heri habuit amicos ⁊ inimicos. hodie habet omnes equales.

Hiſtoria Alexandri magni finit feliciter Impreſſa Argentine Anno domini. M. cccc. xciiij. Finita altera die Urbani.

M. H.

Æternitatem cogita.

M. DC. LXXII.

Inscriptionem spuriam super donatione Alexandri M. Slavis factâ, ejusdem fidei quâ præsens fabula v. in Orthographiæ ratione ab Aldo Manutio collectâ. p. m. 705.

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW